

scopum alicui persone, & specialiter D. Friderico filio D. Albertini Marchionis de Ponzono. Et quia concessio in prejudicium dicti Capituli, & juris alieni fieri non potuit, cassavit, & annullavit dictam concessionem factam D. Friderico, decernendo, ipsam nullius valoris, & firmitatis vim habere, promittens omnia, & singula suprascripta nomine Aquensis Ecclesie dicto D. Rolando perpetuo habere rata, & firma &c. ipsum, vel eredes ipsius non molestare, nec molestari facere, quominus habeant, & percipiant jura dictarum decimarum, & decimas supradictas, & inde tam dictus Episcopus, quam D. Rolandus plura instrumenta fieri preceperunt per me infra-scriptum.

Ego Burgarinus Multura de Aquis publicus Imperiali auctoritate Notarius, & Officialis dicti D. Aquensis Episcopi his omnibus interfui &c.

Post hanc cartam sequitur alia, qua idem Episcopus cum baculo, quem in manibus tenebat, investit in rectum, ac nobile feudum nobilem virum D. Conradengum, & ejus haeredes de decimis Altexeni, & Castelletti, qui postmodum hoc eodem anno, ac die D. Episcopo praestitit fidelitatis juramentum. Anno vero MCCCXLII. a Baliano Scorsuto Notario rursus ex Autographo descripta.

Approbatio solennis cujusdam constitutionis Bened. XI facta ab Archidiacono Alex. ex dono V. C. Chennæ V. G. ejusd. diocesis.

74

MCCCCLII.

In nomine Domini. Amen. Anno Nativitatis ejusdem MCCCCLII. indictione V. die I. mensis junii in Ecclesia majori sancti Petri civitatis Alexandriae praesentibus me Notario infra-scripto ac Ven., ac discreto domino Dominico Catano de Alice de Guaschis Cantore, & Canonico D. majoris Ecclesiae, Fratrem . . . Robino Priore Fratrum Carmelitarum de Alexandria, Johanne Mantello jurisperito, ac Fratrem Stephano Mantello ordinis servorum s. Mariae Ecclesiae s. Stephani de Bergolio de dicta Alexandria testibus vocatis ad . . . rogatis R. P. D. D. Franciscus de Puteo Dei gratia Archidiaconus, & Ordinarius predictae majoris Ecclesiae ad instantiam, & requisitionem . . . ori viri D. F. Johannis de Quarngento Prioris Ecclesiae . . . S. Stephani petentis authenticari privilegium infra-scriptum praecipit mihi perpetuo Bellaxena Notario publico infra-scripto, & Officiali suo, ut infra-scriptum privilegium quod . . . cum bulla pulmbea cum filis Sericis rubri, croceique coloris . . . Romanae Curiae, & coram . . . perlectam authenticarem, exemplarem, & in formam publicam redigerem, ut eidem authentico tanta fides adhibeatur quanta originali predicto cujus etiam privilegii tenor sequitur ut infra

Benedictus &c. (Est constitutio, qua approbavit ordinem Servorum s. Mariae, & invenitur in bullario Romano. T. II. p. II.) dat. Laterani III. idus februarii Pontificatus nostri anno primo (scil. MCCCIV.)

Ego Perpetuus Bellaxena de Alexandria Quartarii Bergolii publicus Imperiali auctoritate Notarius, & praefati D. Archidiaconi Officialis suprascriptum privilegium sicut praemittitur bullatum vidi, ipsumque coram eodem D. Archidiacono de verbo ad verbum legi, & de ipsius mandato authenticavi. &c.

Terminatio confinium inter civitatem Aquen., & locum Alicis. Ex Tabul. civit.

MCCCLIX.

75

Anno Nativitatis Domini millesimo tercentesimo quinquagesimonono, indictione duodecima, die martis, tertia septembris hora nona in podio Chodario post Ecclesiam sancti Thibaldi situatam super dicto podio . . . Nos Bauduinus de Rochetta ex Marchionibus Incise, & Bastianus de Monterocha Papiensis, Vicarius Illustris Domini Johannis Marchionis Montisferrati, ac Commissarius specialiter deputatus a praefato Domino Marchione super questionibus agitatis inter communia . . . Aquis . . . & Alicis . . . occasione territorii certorum finium . . . sententiamus . . . ut infra . . . terminorum positionem infra-scriptam primum (terminum posuimus) loco ubi dicitur in Ermelina juxta stratam publicam, qua itur a civitate Aquis versus castrum Richerium in medio duorum podiorum, quorum unus vocatur podius de Bava, sive de Faloppa, sive de Vercellis, & est versus deversus partem montis Richerii; alter vocatur podius montis Moralis, sive montis Bonifredi, & est deversus partem Aquis; volentes, quod quidquid territorii est ultra dictum terminum versus montem Richerium, sit de territorio Alicis, & quidquid est a dicto termino versus Aquis, sit territorii Aquis respiciendo versus vallem, que appellatur Vallis Cantarane usque in fossato, qui protendit in valle Moyrani, ubi terminatur . . . territorium Aquis, ut pars inferior deversus Aquis, sit territorii de Aquis, & pars superior versus castrum Richerii sit de territorio Alicis, & veniendo per rectam stratam publicam a loco dicti termini usque ad locum termini infra-scripti, quidquid territorii est a manu dextera a strata superius sit territorii Aquis, & quidquid est a manu sinistra, & ex parte inferiori deversus Alicis sit territorii Alicis . . .

Deinde posuimus unum terminum in loco, qui dicitur ad Charrobium montis Chodarii, sive Castagnolle juxta stratam publicam, cujus termini designationes sunt tales; quia volumus dictum terminum respicere . . . super montem, & in summitate montis Chodarii dividendo montem, sive podium per medium, & veniendo a dicto termino, usque ad dictam summitatem podii per quamdam stratam, que est quasi cooperta juxta quam est quedam pirus, appellata pirus Marchionis; & quidquid est territorii a dicto termino, usque ad dictam summitatem podii a dicta strata inferius deversus Aquis includendo campum, ubi est dicta pirus, & dictam arborem piri sit de posse Aquis, & residuum quod est a manu sinistra sit de posse